

M S C A L A

Quartus gradus scalæ nostræ sapien-  
tiæ est, & dicitur Con-  
iunctio.

Igitur separatis vt præmittitur quatuor distin-  
ctis, & rectificatis ipsa quatuor coniungimus, &  
connectimus, & dicitur nostra coniunctio, qualita-  
tum commixtio, complectentium copulatio, dis-  
persorum replicatio, principiorum coequatio, re-  
pugnationi dispositio.

Dicit enim Rosarius: Dispone substantiam ae-  
ream per discretionem vt sic habeatur terra ex  
duabus naturis, & aqua vt prædicitur ex duobus  
corporib. quia sic separatur subtile a grosso, rarū  
a spisso, videlicet quod prædiximus est faciendum  
suauiter, & cum magno ingenio, id est calore debi-  
to, & nutritiuo. Non enim est operi nostro aqua  
necessaria, nisi candida, nec oleum, nisi album luci-  
dum citrinitatis, nec terra nisi pallida & subalba,  
quia tunc terra est abilis ad nectendum, aqua ad  
soluendum, Aer ad tingendum superabundans.

Et duo sunt terra & duæ aquæ in nostro ope-  
re, Prima terra quæ in prima distillatione in fun-  
do remanet, proprie est pallida, super quam fit re-  
ctificatio nostra, separatoq; oleo ab ista terra sicut  
superius confuse tamen innuitur & ab aqua simi-  
liter. Iterum oleum per se distillatur, & tunc quod  
in